UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Obsequiis à libertis patrono præstandis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

De obſequis a lib. patrono preſtandis. Rubrica. VI.

LEX I.

Contra patronum. Quero vtrum hec lex dicat verũ ſiue nomine proprio, ſiue alieno libertus agat. gl. vacilat in hoc. Breuiter iſta eſt veritas, qd agere alieno noie, poteſt intelligi duob⁹ modis. Vno modo nomine alieno, hoc, eſt ex facto, qd ex alterius pſona depẽdet, licet quis in iudicio agat
a [a] ſuo nomine. ⁊ ita ſumitur in l. furti. §. illud plane. ſ. de his qui no. infa. Et iſto modo libertus non poteſt intentare famoſam actionem contra patronum, vt ſ. ſi tu. non geſſ. l. j. ff. de iniurijs. l. non ſolum. §. quemquã. Alio modo alio nomine intelligitur, qui alieno nomine eſt in iudicio, vt procurator, vel curator, ⁊ ſimiles, ⁊ tunc poteſt alieno nomine, vt l. queſitum. ff. de in ius vocan. Quero hic dicitur, famoſum. quid ſi tantum de facto infamat, ⁊ non de iure? Reſpon. idem vt l. honori. ff. eodem.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Judicio agat. Vide Bar. in §. qui alieno. d. l. furti.

LEX II.

Liberte. Legitime nupta liberta non preſtat obſequium. hoc dicit.

LEX III.

Etiam qui pactione. Dare pecuniam domino preſenti pro liberatione, iuſpatronatus non perimit. h. d.

LEX IIII.

a **S**i manumiſſori. [a] Libertus non debet contra patronũ vim, vel audaciam inferre, vel eum in ius ſine venia vocare. h. d. Videbitis de hoc j. eod. l. iij.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶ Si manumiſſori. ⁊ not. ſecundum Ang. cõtra arrogantes ⁊ maxime doctores quos deteſtatur Joan. And. in proe. vj.

LEX V.

Etiam liberis. liberis patronorum damnatorũ debetur obſequiũ ⁊ eis cõpetit ius reuocãdi libertos in ſeruitutem. h. d.

LEX VI.

Libertos. Liberti debent obſequium, ⁊ ſeruitium patrono portabile, non durũ ⁊ importabile. h. d.

LEX VII.

Neque libertis. Priuignis, ⁊ filijs patroni debetur reuerẽtia, alias punitur libertus. h. d.

De libertis, & eorum liberis. Rubr. VII.

LEX I.

Non eſt. Qui ex neceſſitate manumittit, ius reuocandi in ſeruitutem non habet. hoc dicit iſta lex.

LEX. II.

4 ☞ Vaſallus committens feloniam, quod non noceat filijs antea natis.

a **S**i manumiſſus. [a] Pro leui iniuria in faciendo commiſſa, libertus reuocatur in ſeruitutẽ. qd filijs poſtea naſcituris nocebit. ⁊ reuocatus in ſeruitutem [b] abſq; licen-
b
1 tia principis ad libertatẽ produci non poteſt. h. d. No. † qd quis
2 pro leuioffenſa reuocatur in ſeruitutem. Not. † qd factum patris
3 non nocet filijs antea natis. † Tertio no. [c] qd facilis eſt deſcenſus
c auerni, ſed reuocare gradũ. ⁊c. Vel dic, difficilius reſurgitur, quã
cadatur. De hoc ponit gl. verſum Vergilij qd dic vt in gl. Opp. j. de lib. cau. l. ſola. Sol. Ibi loquit̃ de leui offenſa cõmiſſa in omittendo. ſed hic in faciendo. Oppo. ſecundo in auth. vt liberti de cetero. §. illud. Sol. Dicũt quidã, qd illa auth. hodie corrigit iſtam l. Glo. cõtra qz ibi loquitur quando patronus remiſitius patronatus. Opp. ⁊ videtur, qd delictum patris non nocet filijs, quia filij non ſequuntur conditionem patris, ſed matris, vt l. parum. ſ. de rei vendi. Solu. Intellige ibi de filijs, qui naſcũtur ex ancilla ipſius patroni. Vel dic qd erat talis conditionis qd partus eũ ſequebatur, vt vidiſtis ſ. de ſer. fugi. l. vlti. Vltimo gl. noſtra in fi. numerat caſus. per quos libertus reuocatur in ſeruitutẽ. Dic vt in
d gl. Vltimo glo. inducit [d] in argu. qd ſi pater, † qui habet feudum
4 committit feloniam, nõ noceat filijs antea natis. Vide gl. iſtã ſuper verbo, nati, ⁊ dic plene, vt ibi, ⁊ que dixi in l. cum ratio. de bo. dam. ⁊ in l. eum qui. ff. de inter. ⁊ releg.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si manumiſſus. Et facit gl. ad q. an offenſa facta plurib. poſſit remitti ab vno alijs inuitis, ⁊ vide gloſſ. ma. in l. ſi quis hac. §. quoties. alleg.

b POMA. ¶ In ſeruitutem. Iſta l. loquitur de remittente in ſeruitutem. Quid autem in remittente in ſeruitutem ex debito ſuo, an poſſit a domino manumitti, vide Roma. ſing. dcc xiiij. incip. nullus. Item ad primum dictum vide Jaſ. in l. j. §. poſt operis. de oper. noui. nun.

c POMA. ¶ Tertio no. vide ad hec aliquid per Feli. i c. ex literis. de conſti. ⁊ ibi Barb. in xxxj. ad fi. ⁊ Ro. cõſi. cccclix. vbi in fi. dicit per hanc l. dicit qd ciuitas data aliquibus que propter ſuperuenientem guerram fuit extincta, non reuiuiſcit, licet iterato ſuperueniat amicitia,

d ALEX. ¶ Vltimo, gloſſ. inducit. Delictum patris an noceat filijs in feudis plene. in l. eum qui ff. de inter. ⁊ releg.

LEX III.

1 ☞ Actio ingratitudinis an ſit proprium nomen.

Liberti. Reuerẽtia debetur heredibus extraneis, ⁊ officiũ iudicis imploratur pro
1 ingratitudine coercenda. h. d. Quero vtrum facto ingratitudinis ſit proprium nomen actionis? Quidam dicunt quod ſic. Gl. tua determinat contrarium, quia imo officium iudicis quo coercetur ingratitudo liberti, quod nota dicit gloſſ. hic, ⁊ ſ. tit. j. l. penul. ⁊ l. ſi manumiſſor. ⁊ ita communiter tenetur. Joan. ponit in arbore vnam cellulam in qua ponit ingratitudinis actionem tamen vt ipſe dicit, hanc quidam dicunt non eſſe actionem, ⁊ illa eſt verior.

LEX IIII.

Libertine. Liberti, ⁊ eorum liberi propter ingratitudinem reuocantur in ſeruitutem. h. d. Opp. ſ. eo. de l. ij. Solu. propter delictum patris nõ reuocantur in ſeruitutem filij, ſed propter delictum eorum proprium ſic, vt hic. Oppo. de l. heres. ff. de obſeq. Sol. viuo liberto debent filij liberti reuerentiam patrono, ſecus eo mortuo, vt lege contraria.

De iure annullorum aureorum, & de natalibus reſtituendis Rubrica. VIII.

LEX I.

Natales. Ciuitas non poteſt reſtituere natalibus. hoc dicit.

LEX II.

Aureorum. [a] Jus annullorum aureorũ facit imaginarie nataliũ reſtitutionem, ſed vere. h. d. Vide in l. j. huius tit. ſuperius a nobis quando filius ſpurius legitimatur, an debeant cum agnati, de hoc dicetur in l. nam ita diuus. ff. de ado. ibi gloſſ.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Aureorũ. No. hic gl. pro no. que facit quod licet [illegible]laris habeatur pro ciue, hoc verum quo ad cõmoda, ſecus ad incommoda, vt not. in l. iij. §. ſi emancipa. ff. de contratab.

a Qui admitti [a] ad bono. poſſeſſ. poſſint, & intra quod tempus. Rubrica. IX.

¶ Dictum eſt ſ. de bonis libertorum, in quibus competit patrono bonorum poſſeſſio contratabulas, eius occaſione premittit generaliter de bonorum poſſeſſione ⁊ iſta rubr. generalis eſt ad ſequentem. Videndum eſt ergo quid ſit bonorum poſſeſ. Gl. tangit hic, ſed ego dicam ſuper nigro.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Vſque ad tit. de leg. incluſiue ab iſta rub. qui admitti ad bo. poſſ. legit Alex. Padue anno Mcccclxix. ideo que [illegible] ſolita ſunt ſcribi, vide in ſuis ſcripturis, ⁊ queſtionib. [illegible] qd voluit Bal. in rub. vltra Alexan. cõſi. xliij. iij. lib. P. P. A. ¶ Qui admitti. Iſtam rub. repetit Bulga. vbi tangit [illegible] queſtiones fundamentales in materia bonorum poſſeſſionis [illegible] ſex pulchra dubia, vt ibi potes videre, que ſint illa dubia, ⁊ [illegible] in prin. tangit quomodo pretores potuerunt inducere bonorum poſſeſſionem, cum non haberent poteſtatem legis condende [illegible] iſtam rub. ⁊ materiam bonorum poſſeſſionis late atingit per [illegible] ſtiones quas ſolenniter tetigit hic Bal. in repe. huius rub.

LEX